22 juillet 1762

Decrets de la faculté de Théologie de Bourges rendus sur la thèse soutenue en logique le 12 juillet 1762

Anno Domini millesimo septingentesimo sexagesimo secundo, die vigesimâ secundâ julii, habita sunt extraordinaria sacræ facultatis comitia, a D. Decano, requirente D. syndico, legitimè convocata, quibus interfuere S. M. D. carolus henricus Marpon decanus, antonius Basseville, stephanus champion, petrus Dumont, franciscus de Barathon, jacobus antonius de Bonnault, guillelmus pinturel syndicus; in quibus retulit D. syndicus propugnatam fuisse thesim die duodecima hujus mensis in regio beatæ mariæ collegio academiæ Bituricensis, præside D. augustino ludovico giraudon facultatis artium Doctore professore, et nostræ facultatis Baccalaureo, quæ sic habet appendice ex Metaphysicâ: " Metaphysica scientia est quæ tractat
" de rebus a materiâ sejunctis et naturâ corporeâ
" praestantioribus. primarium ipsius objectum Deus est.
" sententia deum existere affirmans amplectenda, ut potè
" probabilior, tutior, et societati utilior. ejus veritatem
" aliundè demonstrant in moralibus, unanimis populorum
" consensus: in physicis, existentia materiæ, motus
" corporum, ordo eximius qui inter varias mundi partes
" deprehenditur: in metaphysicis, entis a se necessitas. "
requisivit D. syndicus ut aperiret sacra facultas

quid sentiret de hâc propositione quæ in supradictâ appendice legitur: " sententia Deum existere affirmans " amplectenda, ut pote probabilior, tutior, et societati " utilior. " sacra facultas, re prius maturè deliberatâ, judicavit illam propositionem esse reprehensione dignam, censurâque notandam; sed, antequam censorium ferret judicium, primùm accersendum esse Magistrum giraudon theseos præsidem, ut pote suum Baccalaureum in licentiâ actu currentem. quo quidem præsente et audito, censuit sacra facultas a censurâ esse abstinendum; his tamen conditionibus: 1.° ut Magister giraudon alteram thesim in suâ scholâ quamprimùm propugnandam curaret, quæ retractationem suam ac explicationem complecteretur; 2.° ut in proximis comitiis ordinariis, secundâ die mensis augusti celebrandis, eamdem thesim exhiberet in tabulis istis inscribendam, et ab ipso obsignandam. signatum a præfatis magistris.

Anno Domini millesimo septingentesimo secundo, die secundâ mensis augusti, habita sunt ordinaria sacræ facultatis comitia, quibus interfuere S. M. D. D. carolus henricus Marpon decanus, stephanus champion, petrus Dumont, jacobus antonius de Bonnault, guillelmus pinturel syndicus, gaspardus compaing; in quibus &c.

in iisdem comitiis exposuit D. syndicus se, juxta placitum sacræ facultatis, consequenter ad decretum latum die vigesimâ secundâ mensis proximè elapsi, unà cum

Magistro Giraudon sacræ facultatis Baccalaureo et facultatis artium Doctore professore, thesim emendasse quæ illo præside in scholis logicæ propugnata fuit; in quâ legitur hæc assertio appendice ex Metaphysica: „ sententia deum existere affirmans amplectenda, ut pote „ probabilior, tutior, et societati utilior; „ sic autem restitutam fuisse, tum ab ipso, tum a Baccalaureo, prædictam appendicem ex Metaphysicâ:

„ Metaphysica scientia est quæ tractat de rebus a
„ materiâ sejunctis et naturâ corporeâ præstantioribus. —
„ primarium ipsius objectum deus est. Ejus existentiam —
„ demonstrant in moralibus, unanimis populorum consensus:
„ in physicis, existentia materiæ, motus corporum, ordo —
„ eximius qui inter varias mundi partes deprehenditur:
„ in metaphysicis, entis a se necessitas. Ergo sententia
„ deum existere affirmans amplectenda, non ut pote —
„ probabilior (quod lapsu mentis dicere contigit)
„ sed ut pote certissima. hanc sententiam probamus
„ insuper adversùs atheos esse amplectendam, ut pote
„ tutiorem, et societati utiliorem: et ex nostrâ probatione
„ sequitur solam esse tutam, solam societati perutilem;
„ contrariam verò summæ esse insaniæ, societatique
„ perniciosissimam. „

Addidit D. Syndicus hanc emendationem placuisse præfato Baccalaureo, qui promisit se thesim — alteram sic emendatam in scholis suis quamprimùm propugnandam curaturum, ut scilicet pacate

extinguerentur, juxta votum sacræ facultatis, motus et scandala quæ excitata fuere ratione assertionis prædictæ: „ sententia Deum existere affirmans „ amplectenda, ut pote probabilior, tutior, et societati „ utilior. „ attamen contra omnem expectationem promissis non stetisse dictum Baccalaureum; nullam thesim emendatam propugnatam fuisse, neque hisce comitiis adfuisse.

quibus expositis, requisivit D. syndicus ut factâ lectione decreti supra relati, sacra facultas de hoc negotio statueret.

Audito D. syndico, probatâ emendatione theseos ab ipso factâ, habitaque lectione dicti decreti, cui non obtemperavit præfatus Baccalaureus, ~~cui non obtemperavit præfatus Baccalaureus~~, sacra facultas decrevit extraordinaria ad normam statutorum proximè celebranda esse comitia, in quibus de prædictâ assertione suum doctrinale ferat judicium. Signatum à præfatis magistris.

---

la faculté de théologie par amour de la paix a remis à délibérer sur cette thèse à un autre tems.

Jesuites Bourges

Copie de la denonciation d'une proposition blasphématoire

a Mrs les docteurs de la faculté de théologie de l'université de Bourges.

Messieurs.

un prêtre de jesus christ denonce a vôtre tribunal une these impie, tout récemment imprimée chés le Sr Boyer, soutenue publiquement le 12 juillet dans le collége de l'université, et présidée par augustin-louis Giraudon docteur-professeur de la faculté des arts, led professeur traitant de l'existence de dieu s'explique en ces termes, Sententia deum existere affirmans amplettenda utpote probabilior, tutior et societati utilior.
il est evident par le seul enoncé de cette proposition que, selon le professeur, il y a dans les ecoles deux sentiments ou opinions sur l'existence de dieu, que ces deux opinions sans être egalement probables, sont contenuës dans la sphère des probabilités, et que si l'une (l'affirmative) est préférable a l'autre, c'est que celle-ci (la negative) est moins probable

moins Sûre et moins utile a la Societé. or peut-on rien dire de plus favorable a l'athéisme?

Je parle a des docteurs, a des théologiens Eclairés. vous savés Messieurs, que dans les Ecoles, après avoir Exposé les arguments invincibles et demonstratifs de l'Existence de dieu, on attaque l'athée dans ses derniers Retranchements, on lui fait voir que quand même il ne seroit pas aussi Evident qu'il l'Est en Effet, qu'il y a un dieu, il seroit toujours plus désirable, plus consolant pour l'homme et plus avantageux a la Societé que dieu Existât. mais on n'a jamais enseigné dans aucune école chrétienne et raisonnable qu'il faut Embrasser l'opinion qui affirme qu'il Existe un dieu parceque c'Est l'opinion la plus probable, <u>utpoté probabilior</u>. ce seroit convenir que l'athéisme a quelques dégrés de probabilité, ce seroit degrader l'Existence d'un dieu et la Reduire a une simple opinion: ce seroit enfin outrager la divinité.

et voilà, Messieurs, le crime du docteur-professeur de la

faculté des arts augustin-louis Giraudon. après avoir avancé
la proposition Blasphematoire que je vous denonce, il avoüe
qu'il y a d'autres preuves de l'Existence d'un dieu, et il les —
Expose: ce sont les demonstrations qu'on a coutume d'apporter
mais elles sont évidemment infirmées par le Blasphême —
qui les précéde. le professeur est donc inexcusable et sa thése
ne peut Echaper a vôtre censure. vous êtes dans l'université
les juges nés de la doctrine concernant la foy et les mœurs.
le Sr. Giraudon a l'honneur d'être Bachelier en théologie. —
tout vous autorise a prononcer sur la thése qu'il a —
presidée le 12 juillet, et tout le public attend avec moi —
vôtre décision dans la juste confiance qu'elle sera digne
des ministres du Seigneur, de savans théologiens, de docteurs
Engagés par serment a deffendre la Religion

ainsi signé — Theotime prêtre